

usque ad 45. libro 3. ubi ad conclusionem Comitum Caroli patris adversarii consideratum extitit, quod ista portio fideicommissi Galeatio obventa ex illius linea etiam contentivè sumpta egredi non possit, dum per existentiam mei perfectè evacuata non remanet, & præter ibi adductos comprobant Curt. jun. consilio quimo, sub n. 10. vers. alio modo Crivel. dec. 109. n. 14. & 15. ubi quod quando non adsunt descendentes ex linea admiffa, ejusdem lineæ transversales admittantur. Ruin. consil. 159. sub nu. 6. vers. & pro hoc facit. lib. 2. Menoch. consil. 106. n. 350. ubi, quod quando fuerint agnati superstites illius lineæ, quæ successit, transitus non fiat in aliam. Socin. sen. consilio 249. n. 21. lib. 2. Corn. consil. 97. sub n. 7. vers. Pro quo facit, lib. 1. Bec. consil. 138. n. 46. ubi quod hæreditas semel perventa ad aliquam lineam, tamdiu in ea remanet, quandiu ex ea aliquis existit, in aliam non transit, quod repetit consil. 143. n. 42. Gratian. discept. 456. num. 33. Mart. de success. legal. part. 1. quest. 12. artic. 1. n. 8. Ita ait, & ubicumque una linea est admiffa, omnes in infinitum de illa censentur admiffi, neque ad alteram lineam transitus fieri potest, antequam omnes de linea præcedenti extincti fuerint. Latè Fontan. dec. 36. à n. 10. ad 16. ubi quod si non extant descendentes ex ultimo lineæ jam admiffæ transversales ejusdem lineæ ad exclusionem aliarum admittantur, qui est casus noster Monac. dec. Flor. 54. n. 1. Rota apud Giovagn. consil. 62. n. 31. lib. 1. Rota dec. 627. sub n. 4. vers. Et facit, & dec. 681. sub nu. 3. vers. Pro quo, part. 2. recent. Ciardin. controvers. 1. num. 12. Quatenus vult esse contra regulas juris transitus à linea occupata, & nondum expleta ad alias. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. artic. 20. vers. Tertio ampliatur, col. 2. fol. 30. Scacc. consil. 233. n. 28. qui omnes præcipue moventur ex textu in capite primo de natur. success. feud. qui licet expressè in feudis disponat, nihilominus ad primogenituram, majoratum, & fideicommissa regulariter extenditur. Rota in Ferrar. fideicommiss. 5. Martii 1663. n. 5. Vice-Comite.

Hinc propterea præsupposito pro constanti, quemadmodum etiam ex actis apertissime liquet, minimè inter partes controversatur quod pars fideicommissi modo controversa lineam Comitum Antonii Mariæ de Soranea nunquam intraverit, & nostram per annos ferè centum occupaverit, utique auctoritates in oppositum congestæ opinioni nostræ famulantur, ut ex illarum rimatione concludentissime resultat.

Argumentum quoque deductum ab exclusione retorquetur, quippe quoniam sicuti Comes Antonius Maria, seu ejus majores quoad hanc portionem per Galeatium de Meliis, & ejus lineam hætenus exclusi extiterunt, ita pariter donec extabat aliquis etiam transversalis in linea Galeatii, inter quos nos cum patruo nostro proximior reperimus, exclusi remanere debent juxta doctrinas superius allegatas, quæ non applicantur Vice-Præsidi, siquidem Antonius de Meliis ipse pater ratione proximitatis * duntaxat ingentis in Galeatio exclusionem passus est. Unde cum Galeatius excludens cum ejus posteritate cessaverit, exclusio quoque sublata remanet. Menoch. consil. 1. num. 459. vers. Nec huic, & consil. 359. nu. 110. consil. 585. sub n. 35. Socin. jun. consil. 104. n. 11. vers. aliquando. lib. 2. & consil. 79. sub n. 9. vers. Nec quicquam, lib. 4. Gabr. conf. 85. n. 15. & 16. libro 2. Castrenf.

consil. 191. sub numero 1. vers. Attamen mortuo, lib. 2. Cephal. alias adductus, & relegendus consil. 313. sub numer. 56. 57. & 58. Spad. consil. 231. numero 25. lib. 3. Molina. de primogen. libro 3. cap. 6. numero 29. in fine, & 30. Scacc. consil. 136. sub numero 43. vers. Quod tamen. Altograd. consil. 92. n. 19. in fine, & n. 20. lib. 2. Rim. jun. consil. 455. nu. 9. & seq. Redenasc. consil. 9. num. 36. & sequenti. ubi quod regula, semel exclusus semper remaneat exclusus, procedat solummodo, cum de noviter acquirendo jure, secus cum agitur de jure jam quæsito detegendo, quemadmodum in præsentis casu succedit, ex quo agens venit ex jure ab obitu fideicommissitatis quæsito, à quo ejus pater & ipse non simpliciter exclusi, sed per existentiam * proximiorum in linea eorumdem suspensi remanserunt, nec actualiter succederent. Argel. de acq. possess. quest. 3. art. 16. numero 918. & seq. Peregr. de fideicommiss. art. 27. sub numero 18. vers. Nisi persona, & optimis rationibus examinat Giovagn. conf. 21. numero 88. & sequenti. libro 1. Lancell. Gall. consilio 101. numero 13. Bec. consilio 107. numero 18. & 19. Theaur. quest. forens. 42. sub numero 15. vers. & non habet hæc opinio difficultatem durante causa exclusionis lib. 1.

Ratio subest optima, quia Antonius de Meliis pater ipsius Vice-Præsidis aliunde exclusus ab ista portione non existit, nisi quia in ejus stirpe à Galeatio de Meliis ejus patruo, ac consequenter proximior de nostra stirpe excluderetur, eo autem non superstitite idem Antonius, quantumvis uno gradu remotior cum Marchione Diophæbo proximior successisset. Quando enim prout in casu nostro substituantur proximiores in stirpes, * quælibet stirps censetur æqualiter vocata promiscuè, & in observato gradu ad notata per Doct. in leg. si cognatis 20. ff. de reb. dub. Paris. consilio 38. numero 9. & 10. libro 2. Burfat. consilio 67. numero 23. Cephal. consilio 489. numero 5. & consil. 493. numero 22. & 23. & consilio 600. numero 29. Surd. consilio 370. numero 13. Port. consilio 55. numero 94. & 95. Paris. consilio 40. numero 7. & conf. 91. numero 23. & 24. lib. 2. Socin. jun. consil. 20. sub numero 8. vers. ex quo apparet, lib. 3. Menoch. consilio 124. numero 67. & numero 87. Peregr. de fideicommiss. art. 20. numero 8. & art. 21. numero 18. & consil. 129. numero 1. lib. 5. Anton. de Amat. resolut. 10. numero 8. Fufar. de substit. quest. 320. numero 41. & quest. 483. numero 4. Lancellot. Gall. consilio 17. numero 12. & seq. Altograd. consilio 65. numero 6. & 7. & consilio 67. numero 24. libro 1. Rationis autem ratio sese offert, quia per clausulam in stirpes * censetur inter ipsas pro rata facta divisio fideicommissi, leg. plane 34. §. si conjunctim, Digestis de legatione 1. Burfat. consilio 67. numero 22. in fine.

Dum igitur propter existentiam Galeatii proximioris in gradu de nostra stirpe Melia, tempore Purificationis fideicommissi Antonius, à quo descendimus ejusdem Galeatii ex fratre nepos exclusus extiterit, consequens ideo fit, ut sublato è vivis Galeatio, cum ejus posteritate masculina, ac consequenter cessante causa exclusionis Vice-Præsides Melius ipsius Antonii filius de eadem stirpe Galeatii admittatur, excluso penitus Comite Antonio Maria alterius lineæ, seu stirpis, ad hanc portionem fideicommissi nunquam admiffæ, alias unaquæque

unaquæque stirps ad suam portionem contra enixam mentem fideicommissitatis non admitteretur, seu jam admiffa contra jus, & fas excluderetur.

Quando enim Testator, prout hic, in defectum descendentium ex ipso vocat proximiores de familia, & agnatione in stirpes, tunc omnes stirpes * perpetuè concurrunt, servatà proximitate non inter omnes de agnatione substituta, sed inter illos de singula stirpe, Socin. jun. consilio 126. numero 21. & sequentibus, & numero 42. libro primo. Ubi quod vocatis proximioribus, is admittatur qui ad intestatū succederet, & consilio vigesimo sub n. 8. vers. ex quo apparet, libro tertio. Surd. consilio 370. numero decimo tertio, & decimo quinto. Paris. 36. numero 5. vers. etiam in successione transversalium, libro secundo. Peregrin. de fideicommiss. articulo vigesimo, numero octavo, & consil. 51. numero 15. libro 3. & latius consilio 129. per totum, libro 5. Antonin. de Amat. resolutione 10. num. 8. Fufar. de substitut. questione 484. num. 69. Mart. consilio 43. numero 23. Spad. consilio 338. sub n. 5. vers. Et ideo potius censetur substituta Margarita ejus soror, quam adversarii ejus consobrinaræ, & faciunt tradita per Cammarat. respons. 49. n. 3. & sequentibus. Altograd. consilio 92. sub num. 35. vers. Et per consequens erat proximior Cecilie ultimæ absque filiis defunctæ lib. 2. fortius præmissa sibi locum vindicant, ex quo in Vice-Præsidi, ut dicebat ipse, allegatione prima, num. 55. in fine, & sequentibus, lib. 3. utraque proximitas * ultimo defuncti, nimirum & fideicommissitatis concurrunt, quæ operatur etiam ipsa exclusionem Comitum Antonii Mariæ naturam habentis, ut præter tunc adductos comprobant Peregr. consilio 47. numero 15. libro secundo. Joan. Anton. Bellon. consilio 11. numero 30. Nec aliter mens Testatoris effectum fortiretur, nisi proximiores in quaque linea seu stirpe admitterentur, juris ergo indubitissimi reputetur quod Comes Antonius Maria, uti remotior, & de alia stirpe concurrere nequeat ad hanc portionem nostræ stirpis omninò debitam, in eaque tot annorum curriculo consolidatam cæteris aliarum stirpium semper exclusis.

Eo autem ipso quod Isabella soror Francisci de Meliis ultimo defuncti nupsit Com. Carolo pariter ut asseritur de Meliis, ex quibus in lucem prodit Comes Antonius Maria modò præterdicens successione apertissime innuitur eundem repellendum; quippe quoniam * ex hujusmodi conjugio absque dispensatione Apostolica contracto, proximitas quælibet excluditur, Alb. consil. 484. numero 76. Joannes Franc. Andreoll. controvers. 337. numero decimo-quarto, & in hac causa animadvertit Melius allegatione prima, numero 58. libro 3.

Minus ad istam successione Comes Antonius Maria aspirare potest ex quo ipse, ejusque majores naturali agnatione ex præcepto Testatoris dimissas modò de Lupis, modò de Soranea regulariter nuncupantur, propter quam mutationem nominis, * & alterius familiarum armorum delationem, à fideicommissio pro conservatione agnationis Meliæ injuncto exclusus omninò remanet, ut subjungebat in hac causa Melius allegatione prima, numero 102. & allegatione 103. num. 22. libro tertio, & ante ipsum Joann. Botta consilio 7. à numero 25. ad 34. Molin. de primogen. libro 2. capite 14. numero 26. & sequentibus, Theaur. decisione 270. numero 13. Gratian. disceptat.

645. numero 17. Hoping. de arm. capite 8. à num. 380. usque ad 385. & pluribus exornat Larr. dec. 51. numero 17. & per totam. Tantum abest ergo, ut Comes Antonius Maria ad portionem hanc controversam admitti, quin potius nobis, occupatam per ipsum, & alios de Lupis dimittere debet, ut suis loco, & tempore insitetur.

CAPUT LXX. §. 7.

SUMMARIUM.

- 1 Res judicata ut officiat requisita. Judicata contra unum ex fideicommissariis aliis non præjudicat num. 8. Fallit ut nu. 9. Judicata contra unum in dubio alteri non præjudicat n. 10. Injustè judicata contra unum aliis non officiat n. 11.
- 2 Testatoris voluntatem contemnens per assumptionem alterius cognominis fideicommissio privatur.
- 3 Legitima, & Trebellianica medietatem hereditatis important.
- 4 Tertius suam possessionem tuetur exceptione de tractionum.
- 5 Agens ad totum succumbit, si partem tantum habeat.
- 6 Dividens contra præceptum Testatoris cadit à fideicommissio.
- 7 Exceptio habes priorem in gradu excludit agentem.
- 12 Linea semel admiffa donec extant etiam transversales de illa non fit transitus ad aliam lineam.

Actio fideicommissariam ex testamento Hieronymi de Meliis propter contraventiones dispositis in eo sub censura privationis favore proximiorum de agnatione Melia per Alexandrum, ejus filios, & signanter Ranutium ex Marchionibus de Soranea replicatas in judicio, ne proponerem adversus D. Comitissam Olimpiam Martinengam de Ponzonis duo principaliter resistere videbantur. Alterum, quia in simili judicio propter obitum Francisci de Meliis in pupillari ætate adversus eandem Comitissam à D. Antonio de Maria pariter ex Marchionibus de Soranea intentato, rem per binas conformes judicatas ad omnimodam fideicommissi exclusionem obtinuerit. Alterum ex quo extrema in id requisita probari nullatenus valeant; utraque verò ex prædictis objectionibus superata fructus à die litis modò contestatæ duntaxat, non autem commissæ contraventionis deberi censendum veniat.

Personarum ex diversitate juncta causarum differentia aliisque circumstantiis tunc ponderatis; modò autem in applicabilibus exceptio rei judicatæ non militat, ex quo ut suffragetur, tria copulativè concurrere habent, * quod sit eadem causa, eadem personæ, & idem jus, seu effectus & finis, leg. cum queritur 12. cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei judicat. Dec. consilio 96. numero primo, in fine, & numero secundo, & consilio 464. numero sexto. Surd. consil. 512. nu. 1. licet in casu suo aliter concludat, ex quo agebatur de hærede universali illius, cui resistebat res judicata, & eadem persona cum

defuncto reputabatur, Nig. de except. cap. 12, §. 27, numero 11, Cyriac. controvers. 246, numero 9, ad rem dixi allegat. 59, numero 5, libr. 2, ubi quod in dubio pronunciandum veniat exceptionem rei judicatæ non obstare, Altograd. consilio 2, numero 44, libro 2, Caren. resolut. 24, numero 5, Mart. Ventur. consilio 9, n. 40, & consil. 37, numero 54, & 55, Ubi quod rei judicatæ exceptio de necessitate debeat concludere, quod fuerit judicatum super eo, quod nunc venit in controversiam, Capyc. Galeott. controvers. 61, numero 14, & 15, libro 1, & controvers. 34, num. 10, & 11, libro secundo, Giurb. decisione 20, numero 1, Andr. Censal. decisione Lucen. 6, numero 1, & per totam, & decisione 22, numero 35, & decisione 35, numero 23, & 24, Staiban. jun. resolut. 35, numero 26, & 27, latè Fontanell. decis. 126, numero 5, & per totam, & dec. 398, nu. 7, Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 9, nu. 604, & seq.

Ultrà prædictas diversitates concurrunt etiam quod majores successivè posteris; quinimò, & ipsemet actor in præcedenti iudicio contra D. Comitissam Ponzonam dimissa penitus eorum naturali agnatione de Meliis alienam cui insignibus modò Soranæ, modò Luporum assumpserunt usque adeò sicuti penes ipsos bona non dicerentur conservari in agnatione Melia, * quemadmodum fideicommittens enixè præceperat, ita ad succedendum in hoc fideicommissio agnationem Meliam peculiariter contemplante incapaces omninò censentur dixi allegatione 1, in fine, libro tertio, alios cumulavi in causa nunc vertente contra eundem D. Comitem Antonium Mariam ex Marchionibus Soranæ seu Luporum in scriptura legali pariter in fine, & nunc addo Altograd. consilio centesimo-primo, numero decimo-quarto, & sequentibus, libro secundo, qui articulum hunc optimè exornat. Ulterius quia in eodem iudicio D. Comes prædictus non potuit non succumbere, & pati omnimodam exclusionem, dum ultra portionem patrimonii fideicommittentis per seipsum, & fratres de Meliis occupatam, detentam quoque per D. Comitissam avocare inutilibus contendebat & tamen cum versetur in fideicommissio * ab ascendente originaliter proveniente dimidiæ totius assis detractionem de jure admitteret, Andr. Censal. decisione Lucen. 28, nu. 15, & 23, alios congesti allegatione prima, num. 13, & allegatione 35, numero 1, & allegatione 98, numero 3, & allegatione 125, n. 27, libro 3, In quam detractionem cum primo alienata imputentur ad latè tradita per Andr. Censal. dicta decisione 28, à numero 15, ad finem decisionis, Mart. Ventur. consilio decimo-sexto, numero 12, & sequentibus, dixi allegatione octava, numero 25, & allegatione 75, numero 14, & allegatione 102, n. 4, & allegatione 127, numero 17, libro 3, nec ex actis de præcedenti alia alienatione liqueret. Hinc jure optimo D. Comitissa absoluta fuit ex quo etiam tertii possessores * detractionum vigore suam possessionem adversus fideicommissarios agentes tue-ri possunt, Surd. consil. 576, n. 40, & 41, Peregrin. de fideicommiss. articulo 39, sub n. 4, versic. Nam tertius possessor. Andr. Censal. dicta decisione vigesima-octava, n. 16, Mart. Ventur. dicto consil. 16, sub n. 13, vers. & demum.

Nec quicquam facit, quod in effectu in portione bonorum occupata per D. Comitissam commixta existat portio fideicommissi ex divisione inter fratres Comiti Ranutio obventa, tum quia istam actionem non tentavit D. Comes Antonius Maria, dum ad totam portionem uti sub-

jectam fideicommissio * egerit, habens autem ratam si ad totum agit, omninò repellitur, Peregrin. de fideicommiss. articulo nono, numero 12, Thesaur. decisione quarta, numero octavo, Fufar. consilio 49, numero 28, & de substitut. questione 109, per totam, dixi allegatione 75, sub numero 5, vers. imò quatenus, & sequenti libro tertio, cum præcipuè præter jus meum quoad portionem fideicommissariam D. Comitissis de Ponzonis habet jus retentionis pro portione libera, & sic non applicantur quæ dixi post alios allegatione 124, numero 11, & 12, lib. 3.

Duæ insuper exceptiones D. Comiti Antonio Mariæ resistebant, ex quo ejus majores contraveniendo menti Testatoris ab omni jure cederunt, quod consolidatum extitit in personam meam uti proximiorum de agnatione Melia non contravenientium, * Ruin. consilio 135, numero tertio, & per totum, libro secundo, Roland. consilio 84, numero 14, & sequentibus, libro primo, Fufar. de substitut. questione 707, numero 22, Agens verò sine actione in iudicio non auditur, ex cumulatis per nos allegatione 35, numero 13, & allegat. 73, numero 18, libro tertio, Leoncill. decisione Ferrar. 30, numero 10, Mart. Ventur. conf. 9, numero 19, maximè cum iudicibus liqueret ex actis de existentia fideicommissi in casum contraventionis, de contraventione ex separata bonorum possessione, transitu eorumdem in extraneos ac mea proximitate.

Ex qua consolidatione fideicommissi in meam personam ob memoratam divisionem, ac successivam donationem altera exceptio * nimirum habes priorem in gradu, & potiorum in jure, exclusiva penitus D. Comitis Antonii Mariæ resistebat, Antonin. de Amat. resulatione 13, numero 41, Giurb. de success. feud. §. 2, glossa nona, numero 89, 96, & sequentibus, dixi dicta allegatione 75, numero 5, & sequenti libro 3, Fontanell. decisione 48, à numero 17, ad 27, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, capite 22, numero 63, alios recenset Bottillier. de success. ab intestat. capite 2, Theorem. 50, numero 30.

Verum prædictis omnibus etiam circumscriptis, & non eundo per mendicata, ut ajunt, suffragia, quod res quomodolibet iudicata contra unum * ex vocatis ad fideicommissum alteri vocato non officiat, in proximis terminis animadvertunt cumulati per nos allegatione 90, numero 17, libro secundo, & allegatione 102, numero 29, libro tertio, Peregrin. de fideicommiss. artic. 53, numero 40, in fine, Menoch. consil. 934, numero 40, & sequentibus, Fufar. de substitut. questione 622, numero 35, Giurb. decisione 1, numero 15, & sequentibus, ubi optimè distinguit concludendo quod sententia adversus unum lata præjudicet venientibus ex titulo hæreditario, secus verò si ex propria vocatione, Sanfelice. dec. 90, n. 4, Palm. consil. 38, n. 42.

Nulla enim subest ratio cur in agnatis coæquale jus habentibus succumbentia unius alteri præjudicium irroget; quicquid esset in causis status, * vel similibus, aut ubi principaliter uni defensio, cæteris verò dependenter, accessoriè, & consequentiam competeret, Franc. decisione 523, nu. 18, cum adductis per Censal. dicta decisione 6, nu. 51, Rota in Romana fideicommiss. 21. Junii 1652, nu. 12, Verospio.

Intentio

Intentio igitur mea circa id, quod mihi non officiat res iudicata ad exclusionem fideicommissi in odium D. Com. Antonii Mariæ ex superius dictis inconcussa redditur, quatenus verò subisset scrupulus, seu ambiguitas utique in dubio rem contra unum iudicatam alteri non obstitere pronunciandum veniret, Burfat. consil. 305, n. 6, Surd. consil. 312, n. 7, Menoch. consil. 501, n. 14, & consil. 904, n. 72, Fufar. de substitut. quest. 622, n. 37, Giurb. dec. 20, n. 16, Censal. dicta decis. Lucen. 6, n. 53.

Eòque magis superius dicta in præsentiarum sibi locum vindicant, ex quo inter me, & D. Comitem Antonium Mariam non solum diversitas personarum, sed etiam agnationis intercedit, quippe quoniam dimissa per eum agnatione naturali de Meliis per me semper retenta, ac per fideicommittentem enixè contemplata assumptæ per ejus majores Luporum, seu Soranæ absque ulla proflus causa adhæsit, circa modum quoque agendi differentia intercedit, dum ipse propter obitum D. Comitis Ranutii sine filiis; Ego autem ob contraventionem fideicommissi casum longe antea evenisse prætendo, egit ipse perperam ad totum per Comitissam de Ponzonis occupatum, ego autem pro portione fideicommissi vinculari duntaxat iudicium prosequor, cujus respectu injustitiam rei judicatæ evidentem in progressu causæ patefaciam, quo sanè casu rem contra unum ex fideicommissariis injustè iudicatam, cæteris ad fideicommissum vocatis non obesse pronunciandum venit, Menoch. dicto consil. 501, n. 7, & consil. 904, n. 68, Fufar. de substitut. quest. 622, n. 30, Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. articulo quinquagesimo tertio, versic. Quinto declaratur, fol. 362, Mart. Medic. dec. 64, n. 14, Andreol. contrav. 157, n. 7.

Huic non abulimilem idem D. Comes Antonius Maria ex Marchionibus Soranæ contra me ipsum actionem intentavit pro alia portione ejusdem fideicommissi centum ferè ab hinc annis in meo stipite consolidata, cujus purificationis cum casus eveniret ob mortem Francisci Patruelis mei in ætate pupillari, dubio procul dicta portio mihi tanquam, proximiori, & ac in linea communi cum ipso existentibus omninò debetur, ut dixi dicta allegatione 1, nu. 42, & sequentibus, lib. 3, pluribus exornavi in scriptura contra ipsum D. Comitem mox edita, §. prædicta tamen, & nunc addo Decian. consilio 21, numero 7, & 8, consil. 98, numero 13, & 14, & consil. 127, numero 14, libro 3, Mart. Ventur. consilio 48, numero 42, Andr. Censal. decis. Lucen. 90, num. 31, & 32, ubi quod primò vocentur existentes in linea communi cum mortuo, & prius dec. 5, n. 71.

CAPUT LXX. §. 8.

SUMMARIUM.

1 Tertius comparens prosequitur in statu, in quo reperitur; Non potest impedire executionem sententiæ n. 2. Appellans facit sententiam suam n. 3. Veniens ad causam non potest prætere fructus ante admissionem n. 4.

5 Remotior tam respectu fideicommittentis, quam gravati ad fideicommissum non admittitur votis proximioribus.

6 Fructus in fideicommissio debentur à die compromissi.

7 Associatio in possessionem datur habenti à Testatore facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.

1 Ite jam ad expeditionem inter Isabellam de Meliis, & Pro-Præsidem Joan. Paulum pariter de Meliis, Comes Antonius Maria de Lupis in limine promulgandi sententiam favore ejusdem Joannis Pauli, prout successit, tanquam tertius, comparuit ad exclusionem Isabellæ uti feminae, atque etiam Joannis Pauli sub inani prætextu proximitatis, seu quod portio controversa fideicommissi accrescere deberet aliis portionibus in ejus linea, ut assererat, consolidatis. Qui tamen sicuti promulgationem impedire non potuit: ita neque in gradu appellationis audiri meretur, * quantum ad hoc ne prævia confirmatione prioris sententiæ ad illius executionem omninò progrediatur, Rim. jun. consilio 692, numero 11, & 12, Cravet. consilio 14, numero 3, in fine, Honded. consilio 25, numero 22, lib. 1, Franc. dec. 261, numero 9, Rota decisione 357, numero 6, & sequentibus, part. 6, recent. Josephus Ludovic. decis. Perusina. 26, numero 26, & 27, Surd. dec. 60, numero 6, & decis. 147, numero 6, Capyc. Galeott. contrav. 43, numero 13, libro 1, Joan. Anton. ab Eccles. observ. 204, nu. 18, lib. 1, Giurb. decisione 1, numero 33, ubi reprobatis contrarium profitentibus hanc tucur, Fontanell. decisione 557, numero 2, Fachin. controvers. jur. 5, vers. Illud duntaxat, & per totam, libro 1, Buratt. decisione 833, numero 4, & in annotat. sub n. 10, Mart. Medic. decisione Senen. 13, numero 25, Pignat. ad statut. Ferrar. rubric. 72, numero 87, Galup. in prax. part. 1, cap. 7, num. 11, ubi limitat in fisco comparante Coccin. dec. 237, numero 3, & decisione 254, numero secundo, Palm. consilio 99, numero 1, & 4, ubi damnat, & rejicientiam animadvertit comparitionem tertii in calculo ferendæ sententiæ emanatam latè Joan. Baptista Antonell. consil. 5, n. 7, & per totum Cammarat. respons. 7, numero 1, & 2, ubi limitat quando tertius per acta publica incontinenti doceret de jure suo, Sanfelice. decisione 90, numero 28, Cancr. variar. resolut. cap. 16, nu. 10, & sequenti part. 2.

2 Cum igitur ex præmissis Comes Antonius Maria ad iudicium accesserit, ut utrumque ex litigatoribus excluderet, consequens idè fit, ut gesta in iudicio eidem præjudicaverint, * ex quo iudicium novum inflitueri non curaverit, quemadmodum tali in casu obstringebatur ex traditis per Gail. practicar. observat. 69, numero 21, & observat. 70, numero 24, lib. 1, Seraph. decisione 906, sub numero 1, versic. Quod tamen non est. Millin. decis. 325, numero 5, Joann. Bapt. Antonell. dicto consil. 5, n. 8, Palm. dicto consilio 99, numero 2, Giurb. decisione 1, numero 32, Rota decisione 303, numero 5, part. 7, & decisione 161, numero 7, part. 8, recent. Hodiern. ad Surd. decisione 256, numero 7, & seq.

Super quo immorari ulterius non expedit, dum Comes Antonius Maria, ut dicebamus, in iudicio comparuerit, non tam in prima instantia,